



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xvi. De deposito.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](#)

## Lib. III. Tit. XV.& XVI. 110

cantor. Nemo successor antecessoris sui pœna  
obligatus esto.

Precarium quandiu patietur qui concesserit <sup>3. Preca-</sup>  
tamdiu vtendum conceditor. Eius cui conces-<sup>rium.</sup>  
sum siet, non etiam concedentis obitu, aut cum  
ipsum alicui hoc reuocare voléti alienatum erit  
solutor. Per conuentionem huiusmodi res alie-  
na inuito domino ne possidetur. At quæ preca-  
riæ de possessionibus ecclesiarum factæ erūt pro  
voluntate concedentium ne reuocantur.

Hæ autem de quinquennio in quinque-<sup>1. Prece-</sup>  
nium renouantur.

### De Commodo. Tit. 15.

Cum gratia sui tantum quis commodatum <sup>1. Cum</sup>  
accepit, etiam de leuissima colpa tenetor. <sup>gratia.</sup>  
Casus autem fortuitus, ni colpa eius acciderit,  
pactumve interuenerit, aut in mora fuerit, ipsi  
ne imputator. Contra eum nisi post vsum ex-  
pletum cuius gratia res commodata siet com-  
modati ne agitor. Sic homines hominum bene-  
ficio iuuantur, non decipiuntur.

### De Deposito. Tit. 16.

Sic cuius ecclesiæ clericus personæ non eccle-<sup>1. Grauis.</sup>  
się commendatam pecuniam cleperit, rapse-  
rit: aduersus eandem ecclesiam, ni in eius vtilita-  
tem conuorsa siet, ad pecuniam restituundam  
nulla actio esto. in ipsum furem agitor. ipius sub  
questionibus ad rationem ponitor. si oportebit,

## De empt. & vend.

vinculis adligatus reddere compellitor.

2. *Bona fides.*

Depositarius si rebus suis saluis existentibus depositas amiserit : bona fides abesse presumitor. Idē, si seipsum deposito obtulerit, aliquid pro ipsa custodia receperit, de colpa quoque tenetur. Si verò pactū, culpa, morāve præcessim: casus etiam fortuit⁹ olli imputator. Depositor pro voluntate sua depositum reuocare licet. Contra hoc nullus cōpensationi locus esto, hec in aliis, si causa ex qua postulabitur liquida est, & facilem exitum habere credetur, admittitur.

### *De Emptione & Venditione. Tit. 17.*

2. *Vt mē-  
sure.*

N V N C & de contractu emptionis & venditionis tractator. Quæ vt bona fide exercetur, omnes iusta pondera & mensuras habento. Si quis ea eāsve lucri ergo mutassit : 30 dies in pane & aqua pœniteto.

1. *Placuit*

Item presbyteri plebes suas, vt & hospitaleis sient, & non carius vendant quām in mercato possient, admonimento. Alioquin transeuntes ad presbyterum istuc referūto. Illius iussu cum humanitate res ollis venduntur.

4. *Perue-  
nit.*

Quam rem vir vxori donationis titulo propter nubtias concesserit, si eadem consentiente vendiderit: hic emptori iustus possessionis titulus esto. Si per annos triginta constante vendorum matrimonio bona fide sic possederit, & in cōmuneis usus viri & vxoris venditionis pretium conuorsum erit, & venditionis tempore in viri facultatibus unde mulier sibi consulat ex-